2438

pro se Regnis suisq Successoribus aut alio quopiam reservando

seu excipiendo, verum prout praemissa omnia et singula ipsummet

Recognoscentem concernebant ac eidem legitime serviebant, Dans

exuere et de facto Gnoso Francisco Dunin Rostecki cuius post

Caccepta ab ipso pro praemissis omnibus plenaria et sufficienti satisfa-

ctione) Cessit et condescendit, prout cedit et condescendit praesentibus.

Omneq et integrum Ius suum sibi ad praemissa serviens, in personam

eiusdem Gnosi Francisci Dunin Rostecki Cessionarij sui et ipsius suc

cessorum totaliter et plenarie, transtulit, transfudit et incorporavit,

prout transfert transfundit et incorporat praesentibus. Per ipsum Gno-

sum Rostecki Cessionarium suum et ipsius successores hoc idem Ius

praesentis Cessum summamq suprascriptam praesentibus per se Recogno-

scentem absceptam cum universis ipsi utilitatibus et usufructi-

bus, Competentiamq et praerogativa quavis tenendi, habendi et pos-

sidendi illisq quiete et pacifice utifruendi, summam praefata

Ducentorum florenorum polon. per se Regnum transfusam tollendi

levandi et percipiendi, de levata et percepta quietandi, pro eadem

si non fuerit persoluta Iure agendi. Processus quosuis Iudiciarios

instituendi ac inchoandi, et ad debitum executionis finem perdu-

cendi praemissaq omnia tanquam sua propria ad suos et suc

successorum quosuis beneplacitos usufructus, libere et effectu-

aliter convertendi Iuris praefati Originalis ea omnia latius

in se complectentis praesentisq Cessi et transfusi vigore.

Feria sexta post Festum omnium Sanctorum proxima Anno Domini Millesimo

30/X 31/12

2439

sexcentesimo Septuagesimo Primo

Izdebski Kamodzinskie Quietat.

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premysliensibus Nobilis Ludovicus Izdebski, olim Nobilis Andreae Izdebski cum Nobili Anastasia de Swierkowa procreatus filius et Successor Legitimus, sanus mente et Corpore existens à Terris, Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et Competentibus recedendo. Praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemysliensi Iurisdictioni quoad actum hunc attinet secum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando, atque subijciendo palam, libere, publice ac per expressum recognovit. Quia ipse Generosum Albertum Kamodzinski cuisque posteros, de Summa Centum nonaginta florenorum Polonicalium sibi Recognoscenti per eundem Generosum Kamodzinski proxime die et festo Purificationis Beatissimae Virginis Mariae proxime Ventura Scripto certo manuali de actu et data ipsius in bonis Ko... die Sexta Februarij Anno praesenti confecto Conscripto ma... nuque eiusdem Generosi Kamodzinski propria subscripto inscripta et ad persolvendum assecurata, nec non de eadem ipso Scripto manuali obstitam sibi Recognoscenti plenariam et sufficientem satisfactionem summaeque suprascriptae realem plenariam et sufficientem satisfactionem Summaeque suprascriptae realem et effectivam persolutionem Quietat, emittit, dimittit, Liberumque et absolutum perpetuo pronunciat. Scriptum hoc idem manuale in toto et per omnia Cassat mortificat, et annihilat, sibi suisque posteris ratione praemissorum perpetuum imponendo silentium.

Olszowski suo et aliorum